



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 136. Infelix Fausti Socini interitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

rasis in priora capita Evangelii S. Joan- Sæc. XVII.
nis præter suum *mellificium historicum.* A. C. 1604.

§. CXXXVI.

In felix Fausti Socini interitus.

Hoc item anno die tertia Martii blas- *Sandius*
phemam evomuit animam Faustus *Bibl anti-*
Socinus, cuius infausto interitu, si e- *trinit. p. 64.*
ius quoque impietas erroresque interiis- *Vita Faust.*
sent, felix nimium orbis esset. Hic *Socin.*
Lælii Socini Nepos ac Alexandri &
Agnetis Petrucciæ Filius anno Christi
millesimo quingentesimo trigesimo nono
die quinta Decembris Senis primam
lucem aspexit; Primis juventutis suæ
annis segniter admodum sese Studiis
applicuit, ac nonnisi humaniores lite-
ras, necnon Dialectices principia pri-
moribus attigit labiis, satis tamen ido-
neus ad imbibendos augendosque Pa-
trui sui errores, quos ei sui affines tam
liberaliter propinaverant, ut præcipuus
Socinianæ hæresis Author evaderet,
cum vero suis erroribus latius liberius-
que propagandis obstaret Sacræ In-
quisitionis metus, Lugdunum in Fran-
ciam secessit, quo tamen viginti annos
natus comperto Patrui sui obitu Tigu-
rum contendit, venenata ejusdem Scri-
pta veluti opimam inferni hæreditatem
sibi vendicaturus, inde in Italiam re-

M m 2

verius

Sæc. XVII. versus per duodecim omnino annos in
A. C. 1604. Etrusci Ducis aula hæsit, qua reliquo
anno Salutis nostræ millesimo quingen-
tesimo septuagesimo quarto Basileum
profectus ibidem Theologiæ operam-
vabat, eo fine, ut novam suam doctri-
nam, a Patruo haustam, quam sicut ce-
teri omnes hæresiarchæ sensim in suo ce-
rebro maturius excoixerat, magis er-
culturam, ac sequacium numero insigni-
rem redderet. Evoluto triennio in Tra-
sylvania evocatus Georgium Blanda-
tam, qui Christi Divinitatem perneg-
bat, contra Franciscum Davidis tue-
tur, exiguo tamen hæresis suæ prope-
gandæ proventu: quocirca sub anno
Domini millesimum Septuagesimum
num in Poloniam secessit, Unitariana
factioni sese aggregaturus, a quibus
tamen indigne repulsus est, eo quod in
pluribus ab eis dissideret, suasque im-
pietates incautius proderet: cum au-
tem adversus Jacobum Palæologum
suam lucubrationem *de Magistratu ede-*
ret, seditionis dogmata sparsissime acce-
satus Cracovia expellebatur, quo te-
men reversus, suosque errores diffun-
dere intentus, anno Christi millesimo
quingentesimo nonagesimo octavo ne-
gens vitæ periculum incurrit; quippe
Studiosi quidam in suum cubile irru-
pentes eundem seminudum inter multa

opp

bar

nis

Pre

ptu

Cra

han

ann

per

T

pri

Ca

Lu

jus

qua

tri

vit

ha

ho

tiq

ha

cle

eff

eli

nu

pla

for

opprobria ac verbera in publicam rapta- Sæc. XVII.
 bant plateam , absdubio trucidandum, A.C. 1604.
 nisi ab accurrente quodam Cracoviensi
 Professore eorum manibus fuissest ere-
 ptus: postea vero in quodam oppido
 Cracovia novem leucis diffito apud Abra-
 hamum Blonsky delituit, ubi etiam
 anno ætatis suæ sexagesimo quinto
 periit.

§. CXXXVII.

Eiusdem hæresiarchæ errores.

Tam periculosa erat Socini hæresis,
 ut ipsimet ejus Discipuli ac præ-
 primis Gregorius Pauli glorientur, quod
 Calvinus Romanæ Ecclesiæ muros, &
 Lutherus tectum , Socinus vero ipsa e-
 iusdem fundamenta destruxerit; post-
 quam enim Lutherus limites a S. Pa-
 tribus positos movens, quascunque no-
 vitates pro suo arbitrio parturiverat,
 haud sollicitus , an suarum opinionum
 hostes vel Patronos, in veneranda an-
 tiquitate & communi Ecclesiæ sensu
 haberet, & Calvinus contempta Ec-
 clesiæ, ac Traditionum autoritate
 effrænem quoscunque fidei articulos
 eliminandi licentiam invexerat, Soci-
 nus quoque horum Novatorum exem-
 plo credendi libertatem sibi integrum
 fore ratus, non modo Ecclesiæ Catho-

Mm 3

licæ